recognoscent ad Officium Castren Capitale Sandecien Citatus exparte sive eius
Successores Citati exparte. Ex tunc in primo Citationis Termino tanquam perem-
ptorio peremptorie stare parere respondere in servandis praemissis ac eius contentis cum
Vadio expinde succubito ac Citatis Omnibus ab Officio non recedendo
satisfacere Omneque iudicatum pati suis cum Successoribus tenebitur. Quendem ter-
minum primum peremptorium et alios Omnes subsequentes causae eiusdem Terminos
semper peremptorios Nullis controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus
infirmitatibus dillationibus quibusvis Motionibus Appellationibus ac earum pro-
sequutionibus evadere volendo in his et alijs Omnibus in universum
iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessis ibidem
se et suos Successores vim absorbendo et abrenunciando. Sub amissi-
one suae personae Successorum Iuribus et integrae causae.

Inter Woÿtkowskie Conges mutua Advitalitas

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Sandecien personaliter comparentes
Generosus Stanislaus Woytkowski olim Mathei filius in Woytkowicze antiqua
possessor ab una Et Generosa Helizabeth Zyczkowna Generosi Petri Zyczko
filia consors vero eiusdem Generosi Stanislai Woytkowski partibus ab alia Sani
mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet
illorum suo et interesse recognovit. Quia ipsi inter se mutuam reciprocamque Advi-
talitatem Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium haeredita-
riorum obligatoriorum paternorum Maternorum quaesitorum in haereditate Woytkowice
antiqua consistentium et alibi Ubivis Locorum consistentium Summarumque quarumvis pecuni-
ariarum super se recognoscentium modo quovis ac iure titulo concernentium Nunc ha-
bitorum et in post favente Divina clementia habendorum ad extrema vitae suae
tempora inscribunt et concedunt tali modo Quod si prius de hac luce Deo vo-
lente Generosum Stanislaum Woytkowski quam Modernam consortem eius Generosam
Helizabeth Zyczkowna decedere contingerit. Ex tunc ipsa bona eius O-
mnia Mobilia et immobilia in haereditate Woytkowicze antiqua et alibi Ubivis
Locorum consistentium super ipsum Maritum suum modo quovis ac iure titulo concernentia
cum Universis attinentijs generaliter Omnibus ac in specie singulis utilitatibus fructibus
proventibus Nullis exceptis iure Advitalicio tenebit et possidebit ac illis usque ad
extrema vitae suae tempora Usufructuetur. Post mortem vero ipsius bona eadem
Omnia in Successores eiusdem Mariti sui devolventur. Simili etiam modo si prius
ipsam Generosam Helizabeth Zyczkowna quam Memoratum Generosum Sta-
nislaum Woytkowski Maritum eius mori contingerit. Ex tunc ipse bona
eius Omnia Mobilia et immobilia Ubivis Locorum consistentia Summasque
pecuniarias eandem Consortem suam quovis iure titulo concernentes quaecunque

102

morte Mei interveniente derelicta fuerit tenebit habebit possidebit illisq ad extrema vitae sub tempora ultifruetur. Post decessum vero ipsius Bona eadem Omnia in Successores eiusdem Contentos sub alisq quavis contra dictione successorum ipsius devolvi debent.

Quietatio

Lyczko.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Helizabeth Łyczkowna filia Generosi Petri Łyczko in Mien Kalinowiec et haeredibus consors legitima Generosi Stanislai Wyszkowski cum eiusdem mariti sui uti tutoris conniugalis personali astatu et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia fili Generosus Petrus Łyczko parens suus charissimus pro Omni et integra dote tam in parrats pecuniis quam et parapharnalibus ac Omni expeditione se de bonis nihilitate Mien Kalinowiec Domansow paternis et Maternis illam concernens plenarie et exintegro satisfecit ideo accepta sua sufficienti satisfactione eundem Generosum Parentem suum et eius successores quietat et liberos facit boniisq Omnibus paternis et Maternis abrenunciat perpetuis temporibus.

Donatio.

Falki Philippi

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Valentini Falkowski de Falki Philippi haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nobili Mathaeo olim Stanislai Falkowski et eius possessoribus Bonorum suorum immobilium in bonis Falki Philippi sitos in campo hiemmali quatuor sulcos hiemmales a Rykowanie ad granicem Włostowska tenden inter mettas Nobilis Leonardi Falkowski et eiusdem Recognoscentis iacen Item in alio campo tres sulcos a Rykowanie ad viam Zrzaiewska tenden inter mettas Nobilis Stanislai Falkowski et eiusdem tertiary ex alia iacen Item in tertio campo sulcum unum vernalem a via Zrzaiewska ad gran Warpechowska tenden inter mettas successorum olim Nobilis Arnolphi Falkowski et eiusdem Mathaei iacen Item in quarto loco unum sulcum vernalem a Lipinie a gran Włostowska ad Rykowanie tenden inter mettas Martini Zdrodowski et eiusdem Mathaei iacen Cum pratis sylvis et omnibus ac singulis eorundem Bonorum utilitatibus fructibus proven redditibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit et resignavit cui iam ex nunc in dicta Bona realem introm cum actuali ac pacifica possone per Mlem et Nles duos quovis officiose acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum et prisque a Nli Barbara consorte sua per omnes praescriptiones Terrestres cavet sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et coram offo praesenti Castren Branscensi peremptoria ratione sigilla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione.

Obligatio.

Perki antiqua

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscensibus personaliter comparens Nobilis Franciscus olim Athanasii Perkowski de Perki nova haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nobili Marciano olim Philipi Perkowski et eius possessoribus